


Joachim Schnobel Albert Frider

Disputatio Inauguralis De Prioritate Creditorum

Rostochii: Kilius, 1645

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731859960>

Druck Freier  Zugang



Vorrangigkeit der Gläubiger

J. Schnobel (A. Frider) ^{Verf.} /c
R. U. in 1645.

DISPUTATIO INAUGURALIS

DE

PRIORITATE
CREDITORUM,

Quam

DIVINA ANNUENTE GRATIA,

Ex Decreto & Auctoritate

MAGNIFICI, NOBILISSIMI ET AMPLISSI-

mi Jctorum Ordinis in Illustri & Celeberrimâ

ad Varnum Academia,

PRÆSIDE

Viro Amplissimo, Clarissimo ac Consulissimo

DN. JOACHIMO SCHNOBELIO,

J. U. D. Professore publico, & Juridicæ Faculta-

tis p. t. VICE-DECANO spectabili, Dn. Fautore

ac Promotore suo etatē colendo nec non

observando,

Pro summis in utroq; jure honoribus ac Privile-

giis Doctoralibus obtinendis

Publico Examine submittet

ALBERTUS FRIDERUS,

Mindâ-Westphalus.

Die 7. Augusti, horis ante- & pomeridianis

IN AUDITORIO MAGNO.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Academia Typographi.

ANNO M. DC. XLV.

1645

DISSECTIO INNOVATIONIS

DE

PRIORE

CRIDMOMIA

ANNO

MDCCCLXXXIII

MAGNIFICI CONSILII

IN UNIVERSITATE ROSTOCKENSIS

PROFESSORIS

ALBERTI



ALBERTI

PROFESSORIS

IN UNIVERSITATE ROSTOCKENSIS

ALBERTI

ALBERTI

IN UNIVERSITATE ROSTOCKENSIS

ALBERTI

ALBERTI

ALBERTI

ALBERTI

ALBERTI

ALBERTI

QUOD DEUS OPTIMUS MAXIMUS
FELIX faustumq; esse jubeat.

Cum nulla penè juris Civilis pars repe-
riatur, qua tam saepe hodierno ac martiali no-
stro, proh dolor, seculo in foro occurrat ac ven-
tiletur, quam praesens de Prioritate Credito-
rum materia; plenius autem attingenda
qua quotidiana arg. l. 25. ff. de liberat. legat.
nec praetermittenda qua necessaria l. 17. C. de testam. ordin.
opera precium me facturum existimavi, si utilissimam hanc, usq;
frequentissimam, intricatissimamq; materiam per theses distri-
bucam aliquantò fusius tractandam susciperem. Ne autem
illoris quasi manibus in hanc irruisse videar, paucula quadam de
bonorum cessione & separatione, utpote materiis cognatis, erunt
praemittenda.

THESIS I.

Durissimam olim Romanorum tempore æs alienum
non solveatium fuisse conditionem, quo ex præscripto l. 12. tabb.
non tantum vincire, verberare, in carcerem conjicere & servituti de-
bitores mancipare; sed & solutionis loco in partes secare & inter se
corpus sectum partiri licuerit, testis est Aul. Gell. Noct. Attic. lib. 20. c. 1.
Myns. ad S. ult. inst. d. Actio, ubi verba legis in hunc modum recitat:
Eris confessi, rebuq; jure judicatis 30. dies sunto. Post deinde manus
injectio est: in jus ducito, ni judicatum facit (id est, ut ipse interpretatur,
nisi solvat vel aliter satisfaciat creditori.) Et paullo post: Tertius autem
mundinis, si interim pactus non sit, capiti panas dato, aut trans Tyberim
peregre venumito. Et si plures forent, quibus reus est judicatus, tertius
mundinis partes secanto. Cum autem nulla hinc proportio sit inter
A culpam

culpam & poenam, atq; pro pecuniario debito liberi hominis, cujus corpus inastimabile *l. fin. ff. de hñ qui effud. vel dejes.* dissectio & inter creditores distributio iniqua, populus deinceps Romanus nefandissimo quodam facto ex hac severitate & legis duritie proveniente incitatus. Senatū adegit, ut ejusmodi legem iniquissimam penitus abrogando constitueret, ne impostero debitorum mactarentur. Cujus abrogationis & tumultus, quem hac de causa excitarunt cives Romani, causam memoriæ prodidit *Liv. lib. 8. Hist. Rom. c. 18.* Duritiem hanc alia comitabatur lex de incarcerandis debitoribus, quæ priori crudelitate non multò erat benignior & remissior, undè postmodum quorundam Imperat: Constitutionibus non solum prohibitum fuit, ne corpora ob æs alienum servituti subjicerentur *l. 12. C. de Obl. & Act.* & nemo carcerem, plumbatorumq; verbera, pondera aut alia ab insolentia judicum reperta supplicia in debitorum solutionibus vel à perversis vel ab iratis expavesceret iudicibus *l. 2. C. de Execut. tribus. lib. 10.* sed & beneficium cessionis bonorum per Legem Juliam debitoribus indultum, ut, qui solvendo non sunt, bona sua legitimè distrahenda creditoribus cedant, ad evitandas carceris aliasve molestias *l. 1. C. qui bon. ced. poss.* adeoq; bona solum debitorum non corpora (citra infamiam *l. 11. C. ex quib. caus. infam. irrog. l. fin. ibi: (salva existimatione C. qui bon. ced. poss.)*) pecuniæ creditæ essent obnoxia *l. 8. C. d. rit. c. Lator. X. de Pign. & aliñ caut.*

II. Flebile hoc adjutorium *l. 7. C. qui bon. ced. poss.* & miserabile auxilium *l. 8. C. eod.* de jure communi non promiscuè omnibus competit, sed qui vitio novercantis fortunæ magis, veluti naufragio, incendio, latronum hostiumve incurso, belli grassantis injuriâ &c. quæ nulla humana providentia aut cura evitare potuit *l. 18. ff. commod. l. 6. C. de Pignor. act. l. 28. C. locat. conduct.* quàm suâ culpâ facultatibus lapsi sunt, *Bachov. ad Treut. vol. 2. disp. 24. th. 4. lit. b.* quos infelices debitores Justinianus nominat *Nov. 4. c. 3.* Hinc nec volentes ad jus cessionis admittuntur, qui dolo faciunt, quo minus sint solvendo, & ut bona sua veneant *l. 51. ff. de re judic.* aut per contumaciam bona indicare recusant *arg. l. 49. ff. de administ. & peric. tut. l. 10. ff. de re judic. l. 2. ff. si min. se major. dix.* idq; propter commissum dolum, quem nullum relevare æquum est *l. 63. §. 7. ff. pro socio.* Multò minus beneficio hoc gaudent decoctores nimiam intemperantiâ omnia bona sua

sua abligurientes, & dolosis conventionibus innocuos lædentes: est enim miserorum subsidium non dolosorum præsidium *Brun. de Cession. bon. q. 4. prin. q. 5. n. 3.* & decipientibus jura non subveniunt *l. 1. pr. ff. de dolo l. 2. §. 3. ff. ad SCrum Vellei. c. cum univers. d. rerum permut. nec auxili- um malefactoribus ferendum l. 38. ff. d. R. V. l. 11. §. 1. ff. ad Exhib. Is quoq; beneficio hoc se indignum facit, qui sub spe cessionis contraxit, quod eum fecisse verisimile est, qui contractus tempore scit, se solven- do non esse *arg. l. penult. ff. de jure dot. nisi talem spem habuerit, se ope hujus pecuniæ posse ad meliorem fortunam pervenire, ut eò facilius creditoribus suis satisfacere valeret Bach. d. th. lit. K.**

III. Fieri potest cessio sola professione voluntatisq; declaratione *l. 6. C. qui bon. cedere poss. etiam extra jus, per nuntiana vel epistolam citra verborum solennitatem l. fin. ff. eod. tit. Operatur autem excep- tionem, quâ conventus debitor interim se tuetur, usq; dum ad pin- guiorem fortunam pervenerit, in quem eventum pristina actio in resi- duum creditoribus salva manet l. 1. C. & l. 4. ff. de Cession. bon. §. fin. Inst. de Actio. ut solvat tum quatenus facere possibile sit d. l. 4. c. Odoardus de solut. Utrum autem pignoribus, aut fidejussoribus cavere debeat, frustra, ut ego opinor, quæritur; siquidem ob inopiam nec pignora da- re nec quisquam facile pro eo fidem est interpositurus. *vid. Bachov. ad Treustl. disp. 24. th. 4. lit. g.**

IV. Cessione facta bona legitimè sunt distrahendâ, nec credito- ribus conceditur propria autoritate apprehendere possessionem atq; bona hæc inter se dividere *l. 4. C. qui bon. eod. poss. curare autem de- bent, ut curatore vel ex numero creditorum electo l. fin. ff. de curat. bon. dand. vel à Magistratu constituto l. 2. pr. ff. eod. autoritate Judicis distra- hantur. Ut si quid fortè ex distractis bonis superfluum, id ipsum juris æquitatisq; ratione debitori restituatur arg. l. 6. ff. de reb. auct. jud. possid. providendum siquidem ita creditoribus est, ne infelices debitores graventur. *Nov. 4. c. 3.**

V. Distractio hæc pro diversitate Curiarum diversimodè fieri solet, diversæq; in ea observantur solennitates: aut enim publicè affi- gitur ad tabulam curiæ schedula, quâ bona denunciantur, aut subhastata in publicum producuntur & præconizantur, quò ex licitatorû calore *l. 9. ff. de Publican. cariùs vendi vel saltem ex hominum concursu citiùs distrahi queant.*

VI. Ubi tamen, si bonis distractis & adjudicandis plures sunt creditores, quibus satisfieri debet, Prioritas Creditorum, quam sic describi posse puto: Quod sit justa creditorum, quâ alteri alter in communis debitoris bonis præfertur, dispositio, locum sibi vindicat. Quapropter cum de Cessione bonorum pro institutione satis dictum, quo ordine Creditores ad bona debitoris devenire debeant, perscrutabimur. Ubi ante omnia prius expendendum erit, unius saltem, an verò plurium debitorum creditores concurrant. Hoc in casu (veluti Cajus debitor Titium heredem instituit, qui adeundo creditoribus Caij defuncti se obligavit, postmodum Titius hicce ab aliis itidem pecuniam mutuò accepit, cumq; solvendo non esset, bonis cessit.) antequam de prærogativa hujus vel illius creditoris statuatur, separatio bonorum impetrari poterit, ut defuncti bona à bonis heredis mole debiti prægravati separentur *l. 1. ff. de separat.* Implorato nobili Magistratus officio causaq; cognita *d. l. 1. pr. & §. 14. ff. d. tit. l. 2. C. de bon. aut. jud. poss.* intra quinquennium *d. l. 1. §. 13.* & antequam realiter & corporaliter bona heredis & defuncti ita inter se commixta sint, ut secerni amplius non possint *l. 1. §. 12. ff. d. separat.*

VII. Isto in casu, quando unius solum Creditores concurrunt, qui proposito nostro maximè convenit, distinguimus inter Creditores. Alij enim habent jura domini (minus proprie creditores dicti) alij sunt Hypothecarij privilegiati, alij Hypothecarij simplices, alij personaliter tantum privilegiati, alij Chirographarij, alij qui libris rationum inniuntur.

VIII. Qui jura dominij habent, cum vindicare rem suam utpote non creditam possint, dubium sanè nullum est, quin omnibus creditoribus & hypothecariis & privilegiatis præferantur *l. 24. §. 2. ff. de reb. aut. jud. poss. Nov. 91. c. 1.* Hujus generis sunt depositarij, item illi qui commodarunt aut precario concesserunt, locatores & debitores resolutio pignoris jure res pignoras repetentes; putà si res adhuc extet, nam si non amplius extat ejusve dominium in debitorem sit translatum, aliud dicendum erit *d. l. 24. §. 2. ff. d. tit. confer ib. 42.* Huc quoq; pertinet mulier quoad res paraphernales extantes, quarum nomine jure dominij seu separationis utitur *l. 1. C. de priv. fisci l. 2. C. ne uxor pro maris & c. l. 1. C. ad L. Jul. de vi publ.*

IX. Ac,

IX. Accensemus & his venditores, qui, licet res tradita, fidem tamen de pretio non habuerunt; nam in creditum non abeunt, cum venditæ rei dominium non aliter ad emptorem transeat, quàm si is venditori pretium solverit vel alio modo satisfecerit §. 42 *Inst. de R. D. l. 19. ff. de Contrab. empt. l. 5. §. 18. ff. de Tribus, act. Gail. 2. Obs. 15.* Deniq; omnis, qui præterdit dominium actu permanens, potior est quolibet alio creditore debitoris sui, ut eleganter *Bald. tradit in l. in rebus 30. C. de jur. dot. n. 1. & 2. Gail. 2. obs. 15. n. 4.*

X. Progredimur ad Hypothecarios, quibus super debitum res debitoris etiam nexæ & obligatæ sunt *l. 4. ff. de Pign. & hi vel simplicem habent hypothecam, vel præter eam adhuc aliud privilegium, quod Prælationis Dd. vocant. Hi rursùm privilegiatâ hypothecâ nituntur vel in omnibus bonis, vel in aliqua re certa. In certa re hypothecam privilegiatam habet is, cujus pecunia res empta est. Licet enim iisdem pignoribus multis creditoribus diversis temporibus datis priores habeantur potiores, passim *in tit. ff. & C. qui pot. in pign.* tamen cum ejus pecuniâ prædium comparatum probatur, quod ei pignori esse specialiter obligatum statim convenit, omnibus anteferri juris autoritate declaratur *l. 7. C. d. tit. qui pot. Nov. 136. c. 3.**

XI. Similiter qui in restitutionem aut conservationem ædificij per vetustatem collapsuri credidit, hypothecam cum privilegio exigendi habet *l. 1. ff. in quib. caus. pign. & hyp. l. 1. ff. de Cession. bon. cum enim hujus pecunia salvam faciat totius pignoris substantiam l. 6. ff. qui pot. in pign. quidni etiam præ aliis, quibus resciendo profuit, prælatione gauderet? Requiritur autem ut & pecunia in hunc usum sit credita & præterea in eam rem expensa *Neguz. p. 5. m. 2. n. 15. Gail. 2. Obs. 12. v. 4. Myns. cent. 1. Obs. 60. in med.**

XII. Qui militiæ emendæ causâ credidit, sibiq; jus hypothecæ instrumento testibus subscripto expressè stipulatus est, hoc quoq; jure gaudet *Nov. 97. c. 4. Auth. quo jure C. qui pot. in pign.* Est autem militia officium eorum, qui in aliqua schola inter statutos relati erant, ex quo salaria & commoda à Principe consequerantur *Gotthof. ad l. 52. §. 2. ff. de action. empt.* quod quandoq; ejus generis erat, ut posset vendi, pignorari & in heredes transmitti, certâ pecuniæ definitione accedente *l. 27. C. de Pignor.* Proinde si contingeret aliquem militem mori, transmittit militiâ hanc ad liberos & heredes, qui si min⁹ idonei essent, succedens

cedens certam eis summam pro salario solvebat, quod scholæ placitum & casus militia dicebatur. Quod si jam quisque militiam suam alicui hypothecæ nomine obliget, tum is non solum commoda & annonas hypothecæ jure vindicare potest, sed & insuper mulieri eo in casu præfertur *Nov. 53. c. 5. cum notis Gerhof. d. Nov. 97. c. 4. Beuther. de jure prælat. par. 2. c. 23. Berlich. part. 1. conclus. 65. n. 82.*

XIII. Pupilli quoque in re pecuniâ suâ empta privilegium tacitæ hypothecæ annexum habent *l. 7. ff. qui pot. in pign. l. 3. pr. ff. de reb. cor. qui sub tutel. & cur. sant. Vander. c. 6. de Privil. cred.* Neque ulla hinc prioribus creditoribus fit injuria; quippe si ea res pecuniâ pupilli non fuisset comparata, in bonis debitoris non esset. Itaque invidere pupillo non debent, ut pretium, quod sibi abest, in primis ex re empta recuperet. Tale jus præterea habet is, in cujus solo superficies sub lege certi solarij quotannis domino soli exsolvendi imposita est, ut potior sit causa domini soli, si ei non solvatur solarium *l. 15. ff. qui pot. in pign.*

XIV. Vidimus Hypothecarios quosdam privilegiatos, & quidem in certa re hypothecam privileg. habentes, æquis autem, horum concursu existente, præferri debeat, non inconsulte hic quæri poterit. Et quidem cum supradicti circa singulas res sint privilegiati, vix est (exceptis paucis casibus) ut plures circa eandem rem possint concurrere, quin quilibet in ea re, in quâ hypothecam privilegiatam habet, præferatur, modo ne ab iis, qui generalem in omnibus bonis hypothecam & potiora prælationis jura habent, excludatur, de quibus infra.

XV. Casus exceptus, quo duo diversi creditores circa eandem rem concurrunt, fingi poterit, veluti si alter ad comparationem domus, alter ad ejusdem refectionem pecuniam credidit. Et licet magni nominis JCr in refectionem ædificij mutuò dantem indistinctè præferant, idque per rationem *in l. 6. ff. qui pot. in pign.* quod hujus creditoris pecunia conservatam reddiderit totius pignoris causam, attamen distinctione hac opus putarem; Utrum res, quæ restituta fortè fuit, omnino peritura fuisset, nisi resecta, vel peritura non fuisset: priori in casu JCrorum opinioni calculum meum adjicio, secus casu posteriori.

XVI. Sed quid statuendum, quando plures ad refectionem ædificij credentes reperiuntur, an omnes simul in tributum vocandi, an ultimo loco credens priori præferendus eò, quod ipsius pecunia salvam fecisset totius pignoris causam, an verò, dum privilegiatus contra privilegatum

giatum privilegio non utitur, horum lis temporis prioritatem dirimenda, ut qui prius credidit posteriori preferatur? malo omnes hos nulla temporis habita ratione simul in tributum vocari *arg. l. 8. C. de judic. l. 2. §. 5. ff. de aq. & aq. plur. arg.*

XVII. Consequens nunc erit, ut agamus de iis, qui privilegiatam hypothecam omnium bonorum habent, eamque sive tacitam sive expressam, eadem enim in hac prælationis materia tacitæ hypothecæ est virtus, quæ expressæ *Bachov. ad Treutl. vol. 2. diff. 24. tit. 7. lit. b. pag. 612.*

XVIII. Ante hos primum locum de creditori funeris & exequiarum, jus potentius hypothecæ & omni privilegio habenti; propter publicam siquidem utilitatem, ne factor putre factorum cadaverum aërem inficiat atque viventibus luem concieat *arg. l. 3. §. Divus ff. de sepulch. violat. neve insepulta jaceant mortuorum cadavera l. 12. §. 3. l. 28. & 43. ff. de relig. & sumpt. fun. constitutum est, ut funeris impensæ omnibus creditis preferantur l. penult. ff. dict. tit. l. 17. ff. de reb. aut. jud. poss. l. 22. §. 9. C. de jure delib. unde privilegium funerarium habere dicitur, qui in funus credidit l. fin. §. 2. ff. de relig. & sumpt. fun. Quoniam tamen, ubi vel minimus prætextus litis prominet, facile causa Advocatos invenit, tutius arbitrantur Deo, quod omnis ansa quæstionis tollatur, ut creditor protestetur quicquid funeri impendit, se repetendi animo facere l. 14. §. 7. in fin. ff. dict. tit. aliàs enim facile videretur de suo id fecisse pietatis ergo, non ut reposcat, *ibid. & arg. l. 27. & 34. ff. de negot. gestis l. 15. C. eod.**

XIX. Utrum funeris impensæ dotibus, quas mulieres salvas habere reipublice interest l. 2. ff. de jur. dot. l. 18. ff. de reb. aut. jud. poss. mota super hac re controversiâ, preferantur, elegantis est disquisitionis. Placet hoc affirmare, eum *Bachov. tr. de Pignor. lib. 4. c. 11. n. 3. Harpr. ad §. 4. Insist. quib. mod. re contrah. hypoth. n. 251.* tum propter causam sepulturæ magis privilegiatam, quam doti præponderare ex eo liquet, quod quemadmodum res religiosæ, quam divini juris sunt §. 7. *Instit. de Rer. divis.* digniores sunt profanis: ita etiam majus & religiosius est funus procurare, quam dotem salvam conservare, tum propter expressum textum in l. 18. & seq. ff. d. R. & S. F.

XX. Funeris causâ sumptus fecisse videtur, qui id erogavit, cujus beneficio funus ductum & sine quo duci non potuisset. l. 14. §. 3. l. 37. ff. dict. tit. Unde ornamentorum sumptus, quibus defunctus hu-

uari solet, in computationem non veniunt, nam indui cadavera ornamentis jure Civili reprehenditur *l. 14. §. 5. eod. tit.* Hodiene sumptibus istis annumerentur vestes lugubres, ut & fasciæ sericæ & pepela, quæ proximis cognatis defunctorum & aliis nonnullis funus comitantibus de more dari solent, quaritur? Tametsi multis in locis ejusmodi vestes inter impensas funerum indistinctè recenseantur *Harpr. ad d. §. creditor 4. Inst. quib. mod. re. contrab. obl. n. 254.* de viduæ & liberorum vestitu lugubri solùm id observandum dixerim *arg. l. 43. ff. de Verb. sign.* Modò impensæ sint modicæ & mediocres pro facultate & dignitate defuncti *l. 12. §. 5 ff. de R. & S. F. ne justam sumptus rationem egrediantur l. 14. §. 6. eodem tit.*

XXI. Ejusdem juris sunt, qui vel valetudinis vel hæreditatis causâ sumptus fecerunt; undè sumptus Medicis, Chirurgis atq; Pharmacopolis præstandi, vel in testamenti insinuationem vel inventarij confirmationem vel similes causas impensæ ante omnia alia solvendi sunt *l. 4. C. de heredit. petit. l. 3. C. de relig. & sumpt. fun. l. ult. §. 9. C. de jure delib. Harpr. d. loco n. 255.* Atq; hujus funerarij crediti tanta est prærogativa, ut jure deductionis potius quàm prælationis ex substantia creditoris deducatur *l. penult. ff. sepè alleg. tit. l. 1. §. fin. ff. ad L. falcid. §. fin. Inst. eod.*

XXII. Sequitur Fiscus ex causa primipili, quando contra Primipilos seu administratores annonæ (vulgò *wieder die Commissarien und Proviantmeister*) agit, ut si rerum demandatarum curam infideliter gesserint, pro administratione primipilari non solùm bona propria fisco tacitè sint obligata, sed iis non sufficientibus aut planè exhaustis etiam uxorum dos in subsidium debitis primipilaribus sit obnoxia *l. 4. C. in quib. caus. pign. vel hyp. l. 3. C. de Primipil.* in tantum, ut si quid uni ex creditoribus fuerit solutum, fiscus, absq; usuris tamen, id revocare possit *l. 5. C. de privil. fisci l. 18. §. fin. ff. eod. tit.*

XXIII. Cùm Imperator propriè habeat fiscum, ideò civitates & Collegia præter bursum & arcam communem *l. 1. §. quibus ff. quod cujusq. univers. nec fiscum propriè nec fisci privilegia habent l. 10. ff. ad municip. l. 1. C. de bon. vocant lib. 10.* Quod tamen non obtinet in Regibus aliisve Dominis ac civitatibus liberis superiorem non recognoscentibus: quilibet enim Rex in suo regno Imperatoris loco habetur. *Schneider. ad tit. Inst. de hered. quæ ab intest. c. de success. fisci Reinking. de*

de regim. fec. & ecclaf. lib. 1. claf. 3. c. 11. Idem dicendum in civitatibus recognofcentibus quidem Superiorem, fed jura regalia & ficalia, vel fingulari Principis conceffione *d. l. 10. Gail. 2. obf. 130. n. 15.* vel ex confuetudine habentibus *Schnedvv. d. c. de fuffeff. fifei n. 8.* nam & regalia confuetudine acquiri poffe certum eft *c. fuper quibudam §. praterea X. de V. S. Wurmff. de jur. publ. Exercit. Acad. 3. quaf. 14.*

XXIV. Fifeus infuper privilegiatâ habet hypothecam pro annuis tributis & collectis aîs dâfeitor *Schöf. Steyer* in bonis, de quibus folvi debent *l. 1. C. fi propt. publ. pens. l. 1. C. in quib. cauf. pign.* & hoc communi Germaniæ confuetudine in civitatibus obfervari reperimus, licet aliàs de prærogativa adhuc dubitari poffit. Quin & in bonis poft contractum cum fifeo initum quæfitis, fifeus quantumvis pofterior anterioribus tamen præfertur, veluti fi qui mihi obligaverat quæ habet habere, utaq; effer cum fifeo contraxerit, Sciendum eft in re poftea acquifita fifeum potiorem elle *l. 28. ff. de jur. fife.* Ut ut autem fifeus quando experitur pro debito ex contractu, habeat hypothecam tacitam *l. 2. C. in quib. cauf. pign.* tamen pro caducis bonis damnatorum & multâs cum experitur, tùm nullam habet *l. 37. ff. de jur. fife. l. unic. C. de Pen. fife. credit. præf. Neguz. p. 2. m. 4. n. 115.*

XXV. Mulier quoq; hîc fele offert dotem perfequens, cui duplex competit privilegium, alterum reale ob hypothecam tacitam *§. 29. Inft. de Aftion. s. 5. §. mandamus Ext. de Pign.* alterum personale ob favorem illius *l. afiduis 12. C. qui pot. in pign. Nov. 97. c. 2. & 3. Nov. 109. c. 1.* quo duplici privilegio munita præfertur cæteris creditoribus omnibus tacitam hypothecam etiam anteriorem habentibus *d. l. 12. & l. 4. C. in quib. cauf. pign. & hypoth.* Competit idem etiam liberis matre præmortua, ut hi non minus præferantur, non autem aliis fuffefforibus & hæredibus extraneis *d. l. afiduis verf. excepti C. qui pot. in pign. Nov. 91.*

XXVI. Ardua fatis quæftio de muliere occurrit, hæccine in bonis defuncti mariti præferatur creditoribus etiam expreffam anteriorem hypothecam habentibus? quæftionis hujus negativam etiam fi plurimi amplectantur, quibus adftipulatur etiam *Gail. 2. Obf. 25.* affirmativam tamen expreffis legum verbis & æquitatis intuitu munitus cum *Harpr. ad §. 19. Inft. de Aft. Dn. D. Schüßen Procanc. Acad. Marpurg. diff. Inft. 13. th. 18. ut & Mynf. cent. 4. Obf. 13 & c.* defendendam affumo.

XXVII. In paraphernalibus & donatione propter nuptias mulie-
ri hoc privilegium non largiendum juris est indubitati *d. l. 12. C. qui pos.
in pign. & hypoth. Myns. s. Obs. 4. n. 3. Gail. 2. obs. 92. n. 10.*

XXVIII. Quod de dote dictum, etiam in augmento ejus obtinet
*d. Nov. 97. c. 2. l. 3. C. de jur. dot. Johan. Camp. tr. de dote p. 1. quest.
77. incip. quare maritus. nec distinguimus an matrimonium sit putati-
vum arg. l. 22. §. ult. Solut. matrin. an sit sponsa, quæ bona fide in
spem futuri matrimonij dotem numeravit l. 74. ff. de jure dot. l. 17. §. 1.
ff. de reb. auct. jud. poss.* Fallit proposita doctrina in muliere I Hære-
tica, cui privilegium hoc tacitæ hypothecæ (nisi resipuerit) denegatur
Nov. 109. c. 1. & 2. II. Si mulier sciens prudensq; viro prodigaliter
sumptuoso vel ante obærato nubit *arg. l. 3. §. fin. ff. ut in possess. legat.
Beuther. de jure prelat. p. 1. c. 35. Gail. 2. Obs. 84.* Vel culpa illius, pu-
ta ob luxuriam, aut malam rei familiaris administrationem maritum
ad inopiam pervenisse probari possit *Petr. Frider. Mindan. d. process. in
Camera extrab. lib. 2. c. 61. n. 4. Berlich. Vol. 2. Concl. 65. n. 81.* qui plu-
res exceptiones addit.

XXIX. Deniq; post hos succedunt, qui publicam hypothecam,
id est, hypothecam publicè vel in judicio coram Judice (id quod ho-
diè fieri solet durch die Verzeichniss ins Stadtbuch) vel coram Nota-
rio in solenni instrumento constitutam habent *l. 11. C. qui pos. in pign.
Gail. 2. Obs. 25. n. 9.*

XXX. His ita expeditis ad tertium Creditorum simplicem scilicet
hypothecam habentium genus transitum faciamus, qui sunt diversi,
Alij enim hypothecam habent conventionalem, alij legalem, alij hy-
pothecam vel pignus Prætorium & judiciale, de quibus prolixè satis
Neguzant, *Bachov. tract. de Pign. & alij*, quosdam ego saltem levi quasi
brachio attingam. Sic Pupillus tacitæ hypothecæ gaudet in bonis Tu-
torum, quæ pro officio administrationis, si debitores existant, tamquam
pignoris titulo obligata pupillis subjacent, eaq; sibimet vindicare mi-
nimè prohibentur *l. 26. C. de administ. tut. & Cur. Nov. 118. c. 5. in fin.*
Idq; etiam ad similes causas; puta Orphanotrophiorum, Xenodochio-
rum, Ecclesiarumq; administratores posse extendi haud inconsultè ar-
bitratur *Neguz. p. 2. memb. 4. n. 120. & 123.*

XXXI. Tacitam insuper hypothecam habet locator in bonis
conductoris illatis seu investis in prædium urbanum pro pensione &
omni

omni damno culpâ conductoris emergente *l. 2. ff. in quib. caus. pign. vel. hypoth. l. fin. C. eod. l. 4. ff. de Pign.* illata autem seu invec̃ta non simpliciter quasi quovis modò invec̃ta accipio, sed ut deinceps ibi sint *l. 7. §. 1. ff. in quib. caus. i. e. ut sint perpetuo quamdiu conductor inhabita- bit l. 32. ff. de Pign.* De invec̃tis illatisve in prædium rusticum Neratius *l. 4. ff. qui pot. aliter statuit*, ut solummodò fructus *l. 7. ff. d. t. tacitè obligati sint*, nisi expressè inter illos aliter fuerit decisum § 3. *Inst. de interd. l. 11. §. 2. qui pot. in pign. l. 5. C. locat.*

XXXII. Pariter liberi ex priori matrimonio suscepti pro conse- quendo lucro nuptiali tacitam hypothecam habent in bonis paren- tum, ut ea, quæ priori matrimonio stante lucrati sunt, restituantur *l. 6. §. 2. l. 8. §. 4. C. de secund. nupt. l. 6. §. ult. C. de bon. que lib.* Mater si legitimè liberorum tutelâ susceptâ ad secundas convolaverit nuptias, antequam tutorem alium petierit ordinari, eisq; quod debetur ex ratio- ne gestæ tutelæ solverit, bona non materna tantùm sed & vitrici par- vulorum rationibus obnoxia tenentur *l. 6. C. in quib. caus. pign. Nov. 22. c. 20.*

XXXIII. Item legatariis & fideicommissariis legatorum fideicom- missorumq; nomine in bonis testatoris tacita constituta est hypotheca- *l. 1. C. commun. de legat. l. 23. §. 1. C. de Sacros. Eccles. qui legati perse- cutionem habent §. 2. Inst. de Legat.* dummodò defunctus sit solvendo, aliàs nudi Chirographarij legatariis præferuntur *l. 22. §. 4. C. segg. C. de jur. delib. l. 4. §. 1. ff. de separat.* quippe legata post debitum demum deductionem petuntur *l. 1. C. de bon. auth. jud. poss.*

XXXIV. Horum aliorumq; simplici hypotheca gaudentium con- cursu existente, quis præferri debeat ex distinctione hac patet; aut enim eadem res (secus in diversis *l. 2. in fin. ff. qui pot. in pign.*) pluribus pi- gnoris jure obligata simul & eodem tempore, aut separatim ac diversis temporibus. Priori casu æquali jure censentur *l. 10. ff. de pign.* in casu posteriori obtinet regula, qui prior tempore potior jure *l. 1. §. 10. ff. Qui pot. in pign. l. 2. 3. 4. C. eod. c. qui prior. de Reg. jur. in 6.* cum quod inter pares ratio temporis haberi debeat *l. 98. ff. de Reg. jur.* tum quod jus priori legitimè constitutum ipsi invito debitor adimere ne- queat *l. 15. C. de Pign. C. hypoth.*

XXXV. Hic autem singulariter notandum, quod si una eademq; res diversis temporibus pluribus pignori obligata sit, is in jure potior habeatur, non qui priori loco credidit, sed qui priùs hypothecam ac- cepit

cepit seu prior jus possessionemq; pignoris adeptis est *d. l. 2. §. 4. & C. dist. tit.* non enim ex credendi sed pignoris adipiscendi tempore jus praelationis censetur *l. 11. ff. qui pot.* Computatur tempus ad diem vel horam itemq; momentum *Neguz. p. 2. memb. 4. n. 809. Gall. 2. Obs. 25. n. 3.* ideoq; duobus concurrentibus, de quibus non constat uter sit prior tempore, melior conditio est possidentis *l. 10. ff. de Pecul.* vel qui prius per sententiam obtinuit, non qui prius litem contestatus est *l. 10. in fin. ff. de Pecul. l. 14. in fin. pr. ff. de noxal. actio.*

XXXVI. Locum habet Regula tam in Hypotheca generali, quando quis omnia bona sua obligat, quæ habet habiturusq; est, quam speciali, quando res una vel plures in specie expressè supponuntur. Generalis tamen hypotheca, cui specialis annexa est temperamentum recipit, ut creditor hæc, si certum est universum inde debitum redigi posse, contentus esse cogatur, nec ad illam in præjudicium posterioris debitoris descendere possit *l. 2. C. de Pign. & hypoth.* idq; ob hanc rationem, ut qui cum speciali hypothecâ accipit generalem, quasi hoc tacite agere intelligitur, ut generalis sit subsidiaria, ad quam non nisi post specialem fiat regressus *l. 9. C. de distract. pign.* At si alter creditor in omnibus bonis prior generalem, alter specialem acceperit, ille huic prior erit, adeò ut ad res specialiter obligatas manus possit porrigere *l. 2. ff. qui pot. in pig. l. 6. C. eod.*

XXXVII. Similiter valet & in pignore & hypotheca: duo enim hæc effectu juris, quem hic consideramus, solo nominis sono differunt *S. 7. inst. de Act. l. 5. §. 1. ff. de Pign. & hypoth.* nec refert pignus sit tacitum seu expressum *Bachov. ad Treut. d. disp. 24. th. 6. lit. e.* sive iudiciale & prætorium concurrant inter se, sive alterutrum cum conventionali.

XXXVIII. In prætorio autem pignore eatenus id obtinet, quatenus duo prætorium pignus prætendentes concurrunt, sed diversi tituli; putà si alter ex causa crediti, alter verò ex causa fidei commissi missus sit, nam tunc prior in possessionem bonorum missus præfertur *l. 2. C. qui pot. in pign.* Planè si ambo ejusdem sunt tituli & pari causa missi, æqualiter veniunt, nec alter altero potior erit, & uno immisso omnes (refusis tamen sumptibus & expensis tempore legibus præfinito *l. ult. C. de bon. auth. jud.*) immissi censentur *l. 5. §. si plures 2. ff. ut in posses. legat. l. 12. ff. de bon. auth. jud. poss.*

XXXIX.

XXXIX. Hoc amplius procedit Regula cum in sorte principali
rum usuris l. 18. & l. 20. ff. qui pot. in pign. c. accessorium de Reg. Jur. in
6. Neguz. part. 5. memb. 2. n. 10. Myns. tent. 1. Obs. 59.

XXXX. Quandoq; etiam posterior hypothecarius in locum pri-
oris succedit & pignus suum confirmat, cum ille huic debitum cum usu-
ris offert & solvit l. 22. C. de Pign. l. 5. & l. 8. C. qui pos. in pign. vel si
hic oblatam pecuniam accipere recuset, eam obsignat & deponit l. 1. C.
d. t. l. II. §. 4. ff. eod. l. 19. C. de Usur. & hoc non tantum in secundo offe-
rente primo; sed etiam remotiore locum habet Treutl. vol. 2. disp. 24.
th. 6. lit. d. neq; inde intermediis creditoribus inferitur injuria, quippe
sibi impudent, quod solvendo alterum non prævenerint Bachov. ad
Treut. dict. loc.

XLI. Haftenus & de illis qui tacitam hypothecam habent, nunc
videamus qui citra hypothecam personali quodam privilegio nituntur,
cujus intuitu ceteris merè chirographarijs præferuntur. Hos inter
numeramus Rempubl. creditricem l. 38. §. 1. ff. de reb. auth. jud.
possid.

XLII. Pupilli, fatui, muti, surdi, prodigi his etiam accedunt, quo-
rum negotium aliquis ex officio amicitiae gessit, qui privilegio hoc in
bonis gestoribus venditis utuntur l. 19. §. 1. cum 4. seqq. ff. de reb. auth. jud.
possid. l. fin. ff. de tut. & rat. distrah.

XLIII. Idem dicendum de eo, qui apud argentarios deposuit, ut
tantundem recipiat sine usuris, pecuniâ amplius non extante l. 24. §. 2.
ff. d. reb. auth. jud. l. 7. §. 2. 3. & l. 8. ff. Depositi. De reliquis, ministris
domesticis & mercenarijs, & alijs qui non jure civili expresso, sed inter-
pretationibus Dd. privilegium habere censentur, ex statutis locorum &
consuetudine judicandum.

XLIV. Restant tandem Chirographarij, itemq; illi qui libris ra-
tionum innituntur (modò eos juramento primùm firment, *Consey bic*
Gail. 2. Qbs. 20.) ad quos in tali concursu rarò aliquid residui pervenire
solet, *Wesemb. in parat de priv. cred.* hi in concursu æqualiter absq;
ullo temporis respectu, pro rata debiti quantitate in tributum vocantur
l. 6. C. de bon. auth. jud. possid. aliàs eveniret, ut in debitis inæqualibus al-
teri totum, alteri dimidium solveretur, quod æquitati esset contrarium
Wesemb. in parat. dict. loc. n. 7.

XLV.

XLV. Claudat Disputationem meam vulgare illud ; vigilantibus non dormientibus Jura Civilia scripta esse l. 24. in fin. ff. *Qua in fraud cred. l. 16. ff. Ex quib. caus. major. l. 21. ff. de peccul.* hinc si ex pluribus creditor quidam vigilaverit & ab obarato debitore, extra casum, quo concurrentibus & urgentibus creditoribus, jus debitoris in rebus quasi præclusum, debitum suum consequutus est, repetitio ejus cessat l. 6. §. 7. ff. *que in fraud. cred.* si verò per gratificationem, cæteris simul instantibus, uni solvatur, humanum erit, ut reliquis vel æqualis portio quærat vel fieri hoc nequeat, portio communicetur l. 6. §. 2. ff. *de reb. auth. jud. poss.* vide omnino *Berlich. p. 1. conclus. pract. 71. n. 7. & seq. Caspar. Manz. de conflict. cred. inter se &c. part. 2. quest. 5. & 6.* Tantùm illi, qui vires eam expediendi dedit,
sit

LAUS, HONOR & GLORIA.



XXXIX. Hoc amplius procedit Regula
rum usuris l. 18. & l. 20. ff. qui pot. in pign. c. 4.
& Neguz. part. 5. memb. 2. n. 10. Myns. cent. 1. Ob

XXXX. Quandoq; etiam posterior hypo
thesis succedit & pignus suum confirmat, cum ille
ris offert & solvit l. 22. C. de Pign. l. 5. & l. 8.
hic oblatam pecuniam accipere recuset, eam ob
d. t. l. 11. §. 4. ff. eod. l. 19. C. de Usur. & hoc non
rente primo; sed etiam remotiore locum habe
th. 6. lit. d. neq; inde intermediis creditoribus in
sibi imputent, quod solvendo alterum non
Trent. dict. loc.

XLI. Hactenus & de illis qui tacitam hyp
videamus qui citra hypothecam personali quod
cujus intuitu ceteris merè chirographarijs pr
numeramus Rempubl. creditricem l. 38. S.
possid.

XLII. Pupilli, fatui, muti, surdi, prodigi his
rum negotium aliquis ex officio amicitia gessit
bonis gestoribus venditis utuntur l. 19. §. 1. cum 4.
poss. l. fin. ff. de tut. & rat. distrab.

XLIII. Idem dicendum de eo, qui apud a
tantundem recipiat sine usuris, pecuniâ ampliu
ff. d. reb. auth. jud. l. 7. §. 2. 3. & l. 8. ff. Depositi
domesticis & mercenarijs, & alijs qui non jure c
pretationibus Dd. privilegium habere censentur
consuetudine judicandum.

XLIV. Restant tandem Chirographarij,
tionum innotuntur (modò eos juramento prim
Gail. 2. Obs. 20.) ad quos in tali concursu raro a
solet, Wesemb. in parat. de priv. cred. hi in co
ullo temporis respectu, pro rata debiti quantita
l. 6. C. de bon. auth. jud. poss. aliàs eveniret, ut in
teri totum, alteri dimidium solveretur, quod æ
Wesemb. in parat. dict. loc. n. 7.

principali
2. Jur. in

um pri
um usu
pign, vel h
it l. 1. C.
do offe
disp. 24.
quippè
chov. ad

it, nunc
ituntur,
os inter
uth. jud.

, quo
hoc in
uth. jud.

suit, ut
. 24. §. 2.
ministris
ed inter
orum &

libris ra
onfer bis
ervenire
er absq;
vocatur
alibus al
ntarium

XLV.

